

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Censvris, In Qva Sex Dispvtationibvs De Poenis Ecclesiasticis, déque
Irregularitate fusè tractatur, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

XX. De irregularitate proueniente ex infamia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76667](#)

Secundò obiiciunt cap. constituit. 17. q. 4. vbi Iudei; aut iij qui ex Iudeis sunt ab officiis publicis excluduntur, ergo quod modicō descendāt sūnt inhabiles; sed facilius respondeat cum Sua. disp. 43. sect. 3. num. 9. Sanch. lib. 2. indecalog. cap. 28. num. 15. intelligi de iis qui sunt ex Iudeis nouiter ad fidem conuencti, non de illis qui ab infante fidem suscepserunt. Secundò respondeo nomine eorum, qui sunt ex Iudeis, intelligi eos, qui sunt ex Iudeorum familia, & in Iudaismo perseverant; nam in supradict. constitut. Iudei, & iij qui ex Iudeis sunt dominavit distincti à Christianis. Supponit ergo Textus illos in suis Iudaismo perseverare.

ergo Tertius filio in suo iudicium pertinet.

Supradicta doctrina procedit secundum ius commune, nam si particularia statuta à Pontifice confirmata spelemus; certum est, descendentes à Iudea, Mauri, vel Saraceni existenti, etiam usque millesimam generationem ac aliquibus beneficiis, & cancellariis, ut in Ecclesia Tolentana, & Legioniensi, & ab aliquibus officiis publicis, ut in tribunalibus sancta Inquisitio.

§. IV.

De dispensatione irregularitatis ex haeresi
prouenientis.

- 1 Cum hereticis ad fidem redemptib[us] solus Pontifex dispensat, ut Ordinibus intinentur, vel ad superiores ascendunt.
 - 2 Ut in Ordinibus habitis ministrant et si aliqui nullam dispensationem requirant, verius est Episcopi dispensatione indigere.
 - 3 In hac irregularte occulta plures censent non posse Episcopum virum Conc. Trident. dispensare.
 - 4 Verius videtur oppositum.
 - 5 Aliquibus granibus Doctoribus placet posse quemlibet ex insquisitoribus dispensare in foro conscientia. Sed oppositum est verius.
 - 6 In irregularitate ob apostasiam à fide factam si aliqua sit, Episcopus dispensare poterit.
 - 7 In irregularitate, quam sit, Et nepotes hereticorum contrahunt, solus Pontifex dispensat.

CVm hæreticis ad fidem reducentibus solum Pontificem dispensare posse, ut Ordinibus initientur, vel si initiati sint, ut ad superiores ascendant, restatur pluribus relatis Suar. disputat. 43. sedt. 1. num. 6. Sanch. lib. 2. in decalog. cap. 2. numero 13. & 14. Bonac. disputat. 7. punct. 7. quæst. 3. numero 12.

2. Ut verum in Ordinibus iam habentis ministrant. Gaspari Hurtado disv. 1. de irregular. difficult. 2. in fine, & aliis quos tacito

2 Vt verò in Ordinibus iam habitis ministrant. Gaspari Hurtado disp. 2. de irregular. diff. 3. in fine, & aliis quo tacito nomine refut Coninch. disp. 18. dub. 7. num. 5. placet dispensatione non indigere, sed liberè eos Ordines exercere posse; eo quid in cap. *Salverium*. 1. qu. 7. & cap. Nos confusitudine disp. 12. id videatur permisum. Sed rectius docuerunt Suan. dicta sest. 1. num. 6. Sanch. num. 14. Coninch. num. 52. Episcopi dispensatione indigere, vt colligitur manifestè ex cap. Presbyteros 5. odiſ. idque indicatur in cap. *Salverium*, quatenus dicitur eos habere debere pro beneficio, vt in suscep- tis Ordinibus ministrare possint. Si igitur loco beneficij, & gratia ea ministratio habenda est, ergo non est illius iure debita. Quinino existimat Suan. disp. 43. sest. 1. num. 6. Coninch. num. 52. Bonac. disp. 7. q. 3. p. 7. num. 13. Sanch. lib. 2. in de- catalog. cap. 2. num. 14. neque Episcopum dispensare posse quoad sacerdotij vsum, & satis indicatur in dido cap. Presby- teros 5. odiſ. Et forte per hanc causam Pius V. anno 1567. prohibuit generali Hispania Inquisitor, ne habiles rede- ret presbyteros hetericos, vt in altari defterirent, prout re- ferr. Pegna direct. Inquisitorib. 3. part. quest. 126. com- mon. 157.

Difficultus autem est, An possit Episcopus virtute Conc.
Trident. sess. 24. cap. 6. de reformat. in hac irregularitate oc-
ulta, neque deducta ad forum conscientius dispensare? Rati-
o difficultus est, quia communior sententia affirmat esse
reucatam Episcopo facultatem ab soluendi ab hæresi in eo
deretro concessam. Ergo eriam est illis reuocare potestas
dispensandi in irregularitate inde proveniente. Tum quia
hac irregularitas est accessoria hæresi. Tum præcipue quia
in cap. *cum illorum de sentent. ex communicata.* dicitur Episco-
pos non habere potestatem dispensandi in cassibus, in quibus
corum absoluatio est illis interdicta, cum maiora intelligentia
illis prohibita, quibus vetio sunt minoria. Absolutio au-
tem minus est quam dispensatio, vt sentit Glossa ibi, Abbas
n. 2, notab. 3. *Felin. num. vni. vno.* Ergo denegata Episcopis po-
testate ab soluendi ab hæresi, consequenter censeatur denegata
potestas dispensandi in irregularitate ex illa proveniente.
Atque ita ut probabilissimum tradit. Suar. *disp. 43. s. 1. n. 15.*
Tolet. lib. 1. cap. 46. Filiiv. tratt. 20. num. 2. 31. Bonac. de irreg-
ularib. *disp. 7. 3. p. 7. man. 1. 2.*

Nihilominus verius censeo, posse Episcopum dispensare,

prout aliis relatim docuit Sanch. lib. 2. decalog. cap. 25. num. 18; Farinac. de hæresi q. 19.4. n. 79. quia haec dispensatio dici nequit majoris considerationis; quam ab solituo a crimen hæresis, & illius excommunicationis; quia haec irregularitas non est certa; sed dubia; ac proinde etiam si intelligamus negaram Episcopis esse potestatem absoluendi ab hæresi; non inde inferitur esse negatam potestatem di penitentiis in illius irregularitate; quia dubia est. Quando autem dicitur potestam dispensandi maiorem esse potestate absoluendi; intelligitur de potestate dispensandi in impedimento certo non dubio; quale est haec irregularitas. Negare dispensatio huius irregularitatis est annexa excommunicationi abolutioni; cum sint potestates omnino distinctæ, & separatae.

Porò aliquibus graibus doctribus Mandefo de signa-
tura gratia, verbo ab solito ab harenis initio, Umberto Locato
in indicial, inquisitor, verbo irregulatris numero 2. Lelio Ze-
cho tract. de fide, cap. 11. num. 16. in duodecima ponit haren.
Henriq. lib. 14. cap. 18. num. 2. placet posse quemlibet exla-
quitoribus faletem pro foro conscientie dispensare in hac
irregularitate ex constitutione Clement. V. II. relata à Pegia
in director inquisitor, ad finem. Sed verius est oppositum, pour
defendit Suar. disp. 43. sect. 1. num. 5. Pegia direct. 3. p. 9. 126.
commun. 175. Sanch. lib. 2. decalog. cap. 2. num. 19. Farina de
haren si quis. 192. num. 76. Quia predicta constitutio vna &
consecundum censeatur reuocata. Praterquam quod lata vide-
tur pro personis quæ eo tempore aderant, neque ad alios
extendi.

Quod irregularitatem verò incursum ob apostoliam à fide factam, si forte aliqua sit, si tempore aliquo delictum commissum est, poterit Episcopus dispensare cum Clericis Presbytero inferioribus, ut in lucepsis Ordinibus ministraret, ac cum presbyterio ut officium sacerdotale, & munus predicatorum exerceat solum potest Pontifex sicut & facultatem concedere, ut ad Ordines promoveatur, vel ad superiores ascendat. Cum his verbis qui à fide sponte apostolarunt, neque ad ascensum ad Ordines, neque ad fulsceptorum vsum potest aliis præter Ponitificem dispensationem concedere. Quia omnia constant ex capit. Presbytero 50. dist. Et tradit. Quar. dispensari, 43. sect. 2. numero 4. Et 5. Sancit. lib. 2. in decalog. cap. 2. 5. numero 2. 1.

Si autem de irregularitate, quam filij, & depones heretici
corum contrahunt, loquamur; penes Pontificem tantum est
potestas dispensandi, neque in Coac. Trident. concedit
hac facultas. Tum quia hoc non potest ex delicto oculio
procurare. Tum quia hoc non est irregularitas ex delicto
immediata proueniens, etiam si ex delicto orum habeatur, sed
ex indecentia, quam filii contrahantur ob patrem delictum.
In suscepis autem Ordinibus antequam delictum patrem
declararet, & notorium fiat bene possit huiusmodi ministrare
nulla dispensatio requifita, quia iure acquisito non
priuantur filii ob parentem delictum. Colliguntur ex dicto
cap. 2. de hereticis in 6. vbi huiusmodi filii ab officiis habitis
non decipiuntur, tametsi inhabiles sicut ad alia obtinenda.
Si Glosa cap. 5. satis percutitum 56. dist. in princ. Matol. lib. 5. de
irregular. cap. 47. 6. Sicut dis. 43. sect. 3. n. 2. Sanch. lib. 2. ann. 14.
cal. c. 2. satis 110. 10.

PUNCTVM XX.

De irregularitate proueniente ex infamia.

- 1 *Infamia que sit, & quonplex?*
 - 2 *Explicatur infamia qua ex delicto proprio nascitur.*
 - 3 *Requiruntur delictum esse notorium.*
 - 4 *Ex condamnatione delicti publici infamia nascitur.*
 - 5 *Ex delicto alieno nascitur infamia.*
 - 6 *Item ex officio.*
 - 7 *Explicatur infamia nata ex facti ipso seclusa omni lega.*
 - 8 *Quod si crimen sit inter infamiam iuri, & facti!*
 - 9 *Infames sine iuri sine facti, irregulares sunt.*
 - 10 *Infames exclusi sunt a dignitatisibus ordinariis.*
 - 11 *Hos infames sit esse exclusi ab aliis modis dignitatisibus, & eorum proutus irrita sit docuerunt plures. Tamquam curiarum non videantur improbabile.*
 - 12 *Si infamia per officia propriorum, & beneficiorum dignitatumque supereruerit, non obligat infamem ex se adiudicari.*
 - 13 *Qualiter infamia iuri abeatur quando effectus iure canonicis inducitur?*
 - 14 *Infamia facti emendatione rite abeatur.*
 - 15 *Nulli ratio propter dictas irregularias annexa est.*

In fama est boni nominis, rectaque existimationis dumenio; nam cum fama sit status dignitatis, id est humanae conditionis legibus, & moribus comprobatur, ut colligatur ex legi cognitio, & existimatio, f. de varia, & extraordinaria cognitione. Et ex L. regia 1. tit. 6. p. 7. infamia quae huius famae opponitur exdiminutio, seu priuatio huius status. Hac infamia prout ad presens spes darum duplex est, alia iuri, alia tacti. Infamia

huius iuris triplex est, alia ex delicto proprio, cui iure ipso infamia annexatur, alia ex delicto alieno, alia ex officio.

Primitus infamia ex delicto proprio duplex est, alia quae annexatur ipsi delicto tantum, alia que praeceps sit delicti condemnatoriam sententiam. Infamia iurius annexa delicto tantum oritur ex delicto cui iuri civiles vel canonicum infamiam annexat. Hoc delictum multiplex est. Primum refertur lenocinum, quod censetur committere qui ex consuetudine feminam, seu virum proficit, vel fraudet, ut cum alio fornicetur. Leg. 1. & leg. Athletas. §. xii. prator. ss. de his qui non autorunt infamia. Leg. palam. §. lenocinum. ss. deritu nuptiar. & leg. regia. 4. tit. 6. part. 7. Secundo qui bina sponsalia, seu matrimonio contrahit etiam inualida propria authoritate; scilicet si alterius nulla, cui libicitur. Nam tunc infamia in principiis refunditur, leg. 1. in fine. & leg. quid ergo in princ. & tribus §§§. sequentibus, ss. de his qui non autorunt infamia. Cap. nuper de Bigamia. Tertio locans suas operas, ut cum belitia fera pugnet, nisi bestia alii perniciose afferat. Vt habetur leg. 1. §. item sensu sordidio. & §. bestias ss. postulando. Quartu[m] descendens in certamen priuatione cum alio homine quæstus causa, seu pretio accepto, leg. 2. §. vlt. ss. de his qui non autorunt infamia. & leg. regia. 4. tit. 6. part. 7. Non autem qui causa fortitudinis ostendenda etiam proposito premio in certam descentem, quicunque athleta dicuntur, ut habetur leg. 2. Cod. de Athletis lib. 10. & ibi Glossa. Quinque miles, sed dux ab exercitu dimissus ob delictum ibidem commissum, vel si ob eam causam militariibus insignis priuarerit ex leg. 1. ss. de his qui non autorunt infamia. & leg. regia. 4. tit. 6. part. 7. Sexi miles præmia aliena negotiacione causa condonescit. leg. vlt. ss. de locato. & leg. regia. 4. tit. 6. part. 7. Septimus vñtrarius, seu ex officio sacerdos exercens, leg. improbus fons. Codex quibus causis infamia interrogatur. Leg. 4. tit. 6. part. 7. & leg. vlt. tit. 6. lib. 8. noue collect. regie. Octauo non implens cum iuramentum promissorium, quo tenebatur. Leg. §. quis maior Cod. de transactiōib[us]. Leg. quatuor Cod. de dignitatib[us]. lib. 1. & leg. regia. 4. tit. 6. part. 7. Ex iure nostri regni subiecti infamia non adimplens homagum (hoc est pleno mena) cum posset, & debet retinēti ea promissum iuramentum non includeret. Vt habetur leg. regia. 4. tit. 5. part. 7. Item nobilis palinordiam recantans in iudicio vulgo se destitue in inicio, o por corde, leg. regia. 2. tit. 4. part. 7. Præterea fodomita, quem ei iure communis verius sic infamem non esse, ut iure nostro regi ceriſſimum est ex leg. 4. tit. 6. part. 7. vt ibi. Gregor. Lopez adorauit. Ex iure autem canonico læla maiestatis tum divinitate, tum humanae rei, cotumque fauores, Cardinalium sanctarum Romanæ Ecclesie hostiliiter infecutores infamia noctantur, ut constat ex cap. scilicet de panis lib. 6. Item raptores malorum iuxta Conc. Trident. sess. 24. cap. 6. de reformat. marit. monit. Præterea in duellum descendentes, cotumque partim, ut habetur coll. 25. cap. 19. de reformat. ac tandem omnes illi qui iure ciuilis infamiam incurunt infames iure canonico confenserunt, ut dixit Adrian. cap. omnes 6. q. 1. ibi: Omnes infames esse dicimus, quos leges seculares infames appellant.

Sed an ad incurram hanc infamiam debeatur delictum notoriū; non constat inter Doctores. Nam Antonia. 3. p. tit. 2. 8. c. 6. §. 7. Sylvest. verbo irregularitus q. 1. 4. Suar. disp. 8. sect. 1. num. 7. indicant ex delicto etiam occiditum infamiam incurrit. Quod inde probatur, nam infamia non incurrit ex delicti manifestatiori, sed ex ipso delicto. Verum quoniam ex ipso delicto infamia proueniat, attamen illius manifestatio, & publicatio requiritur, ut infamia interrogatur. Sicut docuit Glosa in cap. inquisitio[n]is de accusatiōib[us]. Abbas in cap. ex tempore de temporib[us]. Nauarr. cap. 25. q. 4. 8. Covatru. 3. vñr. resolut. cap. 3. num. 2. Henriquez lib. 13. capite 56. & lib. 14. capite 5. numero 2. Aula 7. p. disp. 4. dub. 7. conel. 1. Sanch. lib. 2. in decalog. cap. 2. 6. num. 1. Coninch. disp. 13. dub. 7. num. 56. Layman. de irregularit. scilicet cap. 4. num. 8. quia infamia est fama, & bona estimatio diminutio. At dum crimen ignotum est bonum nomine delinqutens nondominabitur. Ergo ex crimen dum occultum est, infamia oriunt non potest. Cum hoc tamen stat, si timetur delictum esse publicandum, & consequenter infamia contrahenda obligatum esse delinquenter abstineat ab omnibus illis actibus a quibus infames abstinent, alia exponitur periculo depositio[n]is, & annulationis a iudice facienda. Sicut adiuvat Suar. disp. 4. 8. sect. 1. m. 16 Laym. de irregularit. scilicet cap. 4. num. 9. conel. 1.

Altera in infamia iuris, qua ex delicto nascitur, quæque delectentiam condemnatorum requirit, ut ex condemnatione delicti publici, hoc est illius delicti, de quo cuilibet de populo permittitur accusare. Vt sunt crimen læsa maiestatis, adulterii late sumptus, proditoris, falsi, rapina, homicidii. Ut habetur infamia de publicis iudicis, leg. 1. & leg. infamien. ss. eodem tit. Deinde crimen surci, iniuriarum, dol mali. Nam eti[am] haec criminis privata sunt, subsecuta condemnatione infamiam interrogatur, leg. 1. leg. Athletas. §. vlt. ss. de his qui non autorunt infamia. Quinimo pacificens ne de his criminibus accusetur, post condemnationem infamiam incurrit ex supra dicta leg. Athletas. Præterea damnatus ob interuenientem dominum in contractu societas, in tutela, mandato, deposito, in Ferd. de Castro. Sum. Mor. Pars VI.

aliquis criminis accusatione infamia sublicitur, ut latè expedit Molina tract. 4. disp. 9. num. 6. 22. & seqq. Hæc tamen condemnatio debet esse per sententiam definitivam, quæ transacta in rem indicatam. Nam quousque ea sententia accedit non censetur reus damnatus. Argument. leg. 1. ff. de his qui non autorunt infamia. & leg. infamem. ss. de Publicis iudicis. Et tradit. Sylvest. verbo infamia. num. 12. Nauarr. c. 2. n. 7. 35. Castro lib. 2. de infâ hæretic. planit. & 9. Molina tract. 4. d. 9. m. 45. Quinimo Abbat in cap. inquisitio[n]is. n. 2. de accusatiōib[us]. & Suar. disp. 4. sect. 1. n. 6. placet hanc condemnationem debere esse non ex officio iudicis, sed instigante accusatore. Illud est certum, si ob causam notoriatem damnatus sis aliqui personæ publicæ ut fulgitationis, flagellationis, & similius, infamiam incurrit, quia ea pena infamiam interrogatur ex l. titus. ff. de his qui non autorunt infamia. & leg. infamib[us]. Cod. ex quibus causis infamia interrogatur. & leg. regia. 5. tit. 6. part. 7. Neque oblat leg. nullam. Cod. eadem tit. definiens non incurri infamiam, quia ut recte explicat Molina tract. 4. d. 9. n. 19. hæc lex loquitur, cum hæc pena infligitur caula indagandæ veritatis, quo causa infamia non contrahitur.

Secundu[m] oritur infamia ex delicto alieno. Hac enim ratione, & nepotes parentum violenter manus in Cardinalem Sanc[t]a Romana Ecclesiæ incicitorum infames efficiuntur. Cap. Felices, vers. quod si quis de Poena in 6. Item filii proditorum crimen læsa maiestatis committentium iure civili redduntur infames, leg. quinque. §. filij. Cod. ad leg. iul. maiestatis. Aliqui hanc doctrinam extendunt ad filios hæreticorum, quibus officia publica, & beneficia prohibentur. Sed ut bene notat Suar. de censur. disp. 4. 8. sect. 3. & de fide. disp. vlt. sect. vlt. num. 7. Sanch. lib. 2. m. decalog. c. 23. num. 5. Etsi huiusmodi filii irregulares sint, non tamnen infames, alia redderentur inhabiles ad testimonium ferendum iuxta cap. testimoniorum. & capit. de Testibus. Itemq[ue] si Clerici essent, priuari deberent beneficia, & officia habens, cum tamen hæc omnia infamibus prohibeantur, que tamen filii hæreticorum prohibita non sunt, vti vidimus, Filii autem habilitonum, carnis, & aliorum vilia officia exercentur, nullo modo infames sunt, imo neque irregulares, quia nullib[us] cauerit. Ut bene notauit Suar. d. disp. 8. sect. 3. in fin. Præterea illegitimos, id est qui non ex legitimo matrimonio nati sunt, plures censem infames esse iuxta leg. regiam 2. tit. 6. p. 7. sed ut recte Covatru. præt. q. cap. 19. num. 6. Molina tract. 4. disp. 7. num. 5. nullatenus infames dicit possunt, cum ab obtinendo, & administrando officium rabellionis, & decurionatus minus, leg. generaliter. §. purior. & l. purior. ss. de Decanis, & ad testimonium in iudicio preferendum, & ad ius hereditatis ex testamento non repelluntur, tamen iure canonico irregulares, & inhabiles ad Ordines suscipiendos, & beneficia Ecclesiastica obtinenda, ahsque effectus existant.

Tertiu[m] infamia nascitur ex officio. Sunt enim aliqua officia ita vilia in Republica, ut ea exercentibus infamiam interrogare videantur. Huiusmodi est officium histrionum, qui olim se preio conductebant ad spectaculum sui corporis exhibendum, sive qui obscena publice representabant. De quibus S. August. lib. 2. de ciuit. Dic. cap. 1. & 2. 15. Hi igitur ob turpes, & indignas representationes infamia nota afficiebantur, iuxta leg. 1. & 2. §. ait prator. iunctis duebus sequentiis, ss. de his qui non autorunt infamia, definitiss. 4. tit. 1. & c. aliquantos 5. d. 8. & leg. regia. 4. tit. 6. part. 7. Et tradit. Henr. lib. 14. cap. 15. n. 4. Molina tract. 4. d. 8. n. 10. Aula 7. p. 4. dub. 5. concl. 2. & alij apud ipsos. Præter supradictum officium histrionum, tunc scenariorum, alijs conuentum officium carnichum, macellariorum, iectorum, & similium; sed absque fundamento, nam etsi sunt officia infamia conditions, & note, nullo tamen iure scripto cauerit infames esse ea exercentes.

Altera in infamia nascitur facti, quia ex facto ipso seclusa omni lege nascitur. Etenim cum fama sit status dignitatis illæ legibus, & moribus comprobatus, efficitur facta, quilibet facto, seu opere legibus, & bonis moribus adulterio status integratim diminui. Hæc infamia ex facto graui, hoc est ex peccato mortali ortu, esto generalis sit, sufficit tamen spectato iure canonico dum perfuerat, ab Ordinibus suscipiens infamatum repellere, ut indicatur cap. testimonium de Testibus. & cap. alieni. 2. q. 7. Cap. confituum. 3. q. 5. & alii. Dixi spectato iure canonico, nam spectato iure ciuilis plura sunt peccata, que suos patronos atento corum statu & communitate intra quam viuunt, viles, & abiectæ estimationis non reddunt, neque ab officiis, & munib[us] communibus excludent. Sicut adiuvat Molina tract. 4. de iust. disp. 7. n. 6. Quinimo non solum graui peccatum. Sed eius vulgata opinio apud viros probos, & prudentes sufficiens est sic infamatum ab Ordinibus, aliisque officiis repellere, interim dum non se purgat iuxta cap. quoties, & cap. inter de purgat. canonica. Neque enim decet in clericum coaptari, & officia honorifica exercere eum, eius opinio grauata est.

Inter infamia iuris, & facti illud est discrimen, quod infamia iuris sola dispensatione abolitur, quippe perseverat post crimen commissum, & emendatum, ut post effectus iure politio

pecunio inductus. At infamia facili emendatione aboleatur, ut notavit Panormus. in cap. ex diligentia de simonia. Nauarr. cap. 27. numero 204. Henr. lib. 14. cap. 15. num. 3. Coninch. disp. 18. dub. 17. num. 57. Aula 7. p. disp. 4. dub. 5. conclus. 1. & 4. Neque obest cap. si clerici. & de adulteris tis. de iudicis. vbi Alexand. III. inquit. De adulteris. & alio criminibus que sunt minoribus. post Episcopos post peraduam penitentiam cum Clericis dispensare. Ergo haec infamia non fuit penitentia sublata. Non inquam obstat, quia ille Textus non loquitur de infamia inforis, ex sententia iudicis, ut colligitur ex § antecedenti. ibi: Si vero coram Episcopo de criminibus in iure confessi sunt, seu legitima probatione confisi, &c. His potest.

9 Dicendum est, infames sue iuris, sue facti irregularares sunt, ac proinde nec possunt ad Ordines promoueri, nec in suscepis ministriare. Vt ex communis tradit. Nauarr. cap. 27. n. 204. Suar. disp. 48. sect. 2. Aula 7. p. disp. 4. dub. 3. Coninch. disp. 18. dub. 7. circa finem Bonac. atq. 7. de irregular. quest. 3. punct. 1. à principio. Et colligitur ex cap. infames 6. q. 1. & cap. qui in auct. 51. dist. & ex reg. infamibus de Regulis Iuris in 6. Exen. in lacrum ministerium, & sortem domini puri, & immaculati omnium cooptari debet. Est tamen discrimen inter predictos infames, quod infames infamia iuris simpliciter sunt irregulares, sicut enim eorum irregularitas perpetua est, ac infames infamia facti sunt irregularitas secundum quidam iudicem emendatione vita eorum irregularitas cessat.

10 Secundum assidue codem tenore est, infames exclusos esse a dignitatibus obtinendis iuxta expressam Regulam: Infamibus portae non patent dignitatem, de Regul. iuris in 6. & leg. 2. Cod. de dignitatib. lib. 12. & leg. 2m. Cod. de infamibus lib. 10. & leg. regia 7. tit. 6. par. 7. Quod in dignitatibus Ecclesiasticis praecipue procedi videretur quia a purioribus, & clarioribus administratis debent iuxta cap. inter dilectorum de excessib. Predlator. Nominis dignitatum comprehenduntur personatus, & beneficia quaevis Ecclesiastica, quinque officia publica Reipublica, iudicis, Affectus, Advocatus, Tabellionis, similium. Vt ex communis tradit Abbas in c. querelam de iure invirando. Gregor. Lopez leg. 7. tit. 6. par. 7. Couaruu. 3. varian. c. 3. n. 3. Ludovic. Molina tradit. 4. disp. 11. n. 3. Paul. Layman. lib. 1. summa tract. 5. par. 5. de irregular. c. 4. n. 5.

11 Ab his dignitatibus beneficis, & officiis obtinendis sic exclusos esse infames, ut eorum prouiso irrita, & nulla si docuerunt. Abbas dicto cap. inter dilectorum num. 8. de excessib. Predlator. Scilicet 3. p. de beneficio 9. 5. num. 51. Nauarr. cap. 27. num. 204. & 251. Molina tradit. 4. disp. 11. num. 3. Aula 7. p. disp. 4. dub. 7. quia Ecclesia, & respublica a suis officiis, beneficis, & ministeribus eos excludunt, potest, ut indicat dicens: Infamibus portae non patent dignitatem, quas dicitur omnis via ad dignitates occulta sit. Si tamen validè obtinere dignitates possent, iam aliqua via ad dignitates obtinendas illis patet.

Ceterum est haec sententia communis sit, & forum extenuit illam in iudicando sequitur, ut non videtur probabilitate catere supradictorum prouisionem in foro conferentia validam est, quousque a iudice rescindatur: quod docuit alius relatis Garcia 7. p. de benef. cap. 8. numero 47. Nam annulatio actus vice odiosus inducenda non est absque manifesto Textu. At nullus est Textus hanc annulationem inducens ipso iure, nam est infamibus nulla sine dignitatem porta aperta, sed omnes infamibus inde tamen solidum inferior illarum iugis illis esse interdictum: non autem si de facto sit, iniquid est, sciat est iniquid Ordo infamibus collatus, tamen Ordinarii portae infamibus non patent.

12 Quod si infamia possessioni dignitatum officiorum, & beneficiorum superueniat, tamen illi ipso illorum priuationem iudicatur, non tamen teneatur infamis ab abdicare a se, quousque sententia iudicis saltem declaratoria criminis ac-

cedat. Ut docuit Sylvest. verbo infamia num. 15. Couart. prædict. cap. 19. num. 5. Molina tradit. 4. disp. 11. n. 3. Layman. lib. 1. summa tract. 5. part. 5. cap. 4. num. 5. Quoniam infrafamia facta sit, & non iuris dignitatibus, & beneficiis ante quibus non priuat ipsi iure, iuxta communione in sententia, quam tradit Henr. lib. 14. cap. 5. numero 3. Garcia 7. p. de benef. c. 8. num. 35. Aula 7. p. disp. 4. dub. 5. conclus. 2. Couart. Mol. Laym. loc. alleg. quia nullo iure probari haec prout potest.

Supradicta tamen dicendum qualiter infamia aboleatur. Et quidem quod effectus iure canonico infamibus inditos certum est Pontificis dispensare posse; potest namque absoluere infames ad Ordines, & beneficia promovere. Sed quia prædictum statutum restituenda, nonquam Pontifex id præstatibus nisi prius infamiam aboleverit, infamiam autem iuris a quoque Clerico abolerere potest, quia sue iurisdicitioni est subiectus, & laico autem aquaquam potest, nisi vel ipse, vel index infamian irrogans sub Pontificis iurisdictione existat; ut bene notavit Molina tradit. 4. disp. 10. num. 3. & colligit ex cap. cum te de sententia, & re iudicata. Principes autem secularis infamiam iure ciuii indistinctam abolerere a suis subiectibus potest, quia ablativa cessat irregularitas in ea fundata, scilicet docuit Henr. lib. 14. cap. 5. num. 3. Aula 7. p. disp. 4. dub. 5. Suar. disp. 4. sect. 2. num. 4. & 10. Episcopus vero nullatenus potest cum infamibus dispensare, ut ad Ordines accedant. Ut verò in suscepis ministriente post peractam penitentiam dispensationem concedere, si delicta ex quibus infamia contracta est, sive adulterio minoro. Vt colligitur ex cap. atq. clerici, § de adulteris tis. de iudicis, & tradit. Panorum. cap. cum te n. 15. de sententia. & re iudicata. Henr. & Aula 10. lib. Molipa disp. 10. num. 6.

Verum si de infamia facti loquamur conuenienter Doct. 14 res. Abbas in c. inquisitionis num. 2. de accusationib. & cap. ex diligente num. 6. de simonia. Sylvest. verbo infamia num. 11. Henr. lib. 14. cap. 5. num. 3. Suar. disp. 48. sect. 2. num. 6. Molina tradit. 4. disp. 10. à principio. Garcia 7. p. de benef. cap. 8. num. 6. & alii passim emendatione vita aboleri, scilicet si ea emendatio per triennium continuata fuerit, ut dicit Iulius Clavius lib. 1. sententia. §. 7. l. 9. 21. num. 2. quia infamia, quae ex facto nascitur facto adhaeret, ideoque eo facto celesante omniato cessat. Sicut colligitur ex cap. si dicitur, question. 6. ibi: Infamie effecti donec ab incepto enimine desistant.

Ad extremum aduerte Maiolum lib. 4. de irregular. cap. 13. 15 & lib. 5. cap. 1. 12. & 30. alioque Doctores affecte omnia crimina depositione digna irregularitatem inducent. Sed ut bene expendunt Suar. disp. 43. sect. 4. & 5. Nauarr. cap. 17. num. 248. Henr. lib. 13. cap. 36. & lib. 14. cap. 5. num. 21. Aula 7. p. disp. 4. dub. 7. nulli virtuo præter dicta irregularitas annexa est. Vt dictum in cap. ex tenore de Tempib. ordinat. Vbi dictus ex nullo crimen depositione digno, si oculum si, neminem à sacris Ordinibus prohibendum est. Et in cap. ult. eos sentiri, inquit. Pontifex. Si proposita crima (scilicet adulterio, perjurii, homicidi) vel falsi testimonij) ordine adiutorio probata, vel alia notoria non fuerint, non debet (præter eos homicidi) post penitentiam in sam suscepis Ordinibus, vel suscipiendi impeditur. Quando vero haec delicta publica, vel notoria sunt, tunc non ratione delicti prædicti, iudicatio infamie inde orta ab Ordinibus arcetur, ut superiori dicimus. His siem imponimus texta Partis Operis Moralis de Sacramentis, & Censuris, quibus virtutem Religionis, & que si annona sunt, pro capitu nostro explicamus, conceptioni sacrae matris Ecclesie subiecta. Quartam partem de quatuor virtutibus Cardinalibus Deo fauente explicatur aggrediemur. Utinam omnia cedant in latitudine Omnipotenti Dei, & Beatisissimi Virginis Mariae, & sanctissimi Patris nostri Ignatii, cuius indigens sum Alans.